BIBLIA LATINA, BD. 2
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 335r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



scriptura dicat. Ad invidiam concu
piscit spiritus qui habitat in vobis.
Maiorem autem dat graciam. Prop
ter quod dicit. Deus superbis resis
tit. humilibus autem dat graciam. Sub
diti ergo estote deo. resistite autem dy
abolo et fugiet a vobis. Appropinqua
te deo et appropinquabit vobis. Emun
date manus peccatores. et purificate
corda duplices animo. Miseri esto
te et lugete. Risus vester in luctum
convertatur. et gaudium in mero
rem. Humiliamini in conspectu dei
et exaltabit vos. Nolite detrahere alter
utrum fratres mei. Qui detrahit fra
tri. aut qui iudicat fratrem suum. de
trahit legi et iudicat legem. Si autem
iudicas legem non es factor legis. sed
iudex. Unus est enim legis lator et iu
dex. qui potest perdere et liberare te.
Tu autem quis es qui iudicas proximum
tuum. Et ecce nunc quid dicitis.
Hodie aut crastino ibimus in illam
civitatem et faciemus ibi quidem an
num. et mercabimur. et lucrum fa
ciemus. qui ignoratis quid erit in
crastinum. Que est enim vita vestra.
Vapor est ad modicum parens et de
inceps exterminabitur pro eo ut di
catis. Si dominus voluerit et si vi
xerimus faciemus hoc aut illud.
Nunc autem exultatis in superbis ves
tris. Omnis exultacio talis maligna
est. Scienti igitur bonum facere
et non facienti peccatum est illi.

Agite nunc V
divites. plorantes. ululan
tes in miseriis vestris que ad
venient vobis. Divicie vestre pu
trefacte sunt. et vestimenta vestra a
tineis comesta sunt. aurum et argen
tum vestrum erugineavit. et erugo e
orum vobis in testimonium erit. et man
ducabit carnes vestras sicut ignis. The
zaurisastis enim iram vobis in novissi
mis diebus. Ecce merces operariorum
vestrorum que messuerunt regiones
vestras que fraudata est a vobis cla
mat et clamor ipsorum in aures domini
sabaoth introiit. Epulati estis super
terram et in luxuriis enutristis corda
vestra in die. In die occisionis add
uxistis et occidistis iustum. et non res
titit vobis. Pacientes igitur estote
fratres usque adventum domini.
Ecce agricola exspectat preciosum
fructum terre. Pacienter ferens.
donec accipiat temporaneum. et
serotinum. Pacientes estote et vos
confirmate corda vestra quoniam
adventus domini appropinquabit. No
lite ingemiscere fratres in alterutrum
ut non iudicemini. Ecce iudex ante
ianuam assistit. Exemplum acci
pite fratres. exitus mali et longani
mitatis laboris et paciencie ppro
phetas qui locuti sunt in nomine
domini. Ecce beatificamus eos
qui sustinuerunt. Sufferenciam
iob audistis. et finem domini vi
distis quia misericors est dominus
et miserator ante omnia autem fratres.